510a

Subditi Poplawski Lucrum

Super Citationem Literalem Castren Bransceñ tenoris talis Franciscus Joannes in Klo
czow Lessnowolski Bransceñ etc Capitaneus Tibi Nli Joanni olim Mathiae Skrzyplew
ski de Skrzypki heredi ex omnibus bonis tuis vigore regio et iure quo hac in
parte fungimur Capitan authoritatis Mandamus ut in Judicijs vigore Constitution
in Comitys Varsavien sub tempus Gnalis motion bellicae sancitae et Laudo Terre Nus
Bielscen approbatae feria secunda post Datam praesentis Citationis prox celebrandis
personaliter et peremptorie Compareas Ad Instantiam Instigatoris Judicij Nri et ipsius de
latoris Laboriosi Bartholomei olim Alberti Lynda Subditi Nlis Bartholomei Po
planski Qui se cum eiusdem Domini sui assistentia et authoritate inherendo
Constitutioni Anni Millesimi Sexcentesimi Vigesimi Primi sub tempus motion
Generalis bellicae in Comitys Varsavien Laudatae quo tempore summa pax et
tranquillitas observanda est Citat Ideo Quia tu eidem Actori vulnera offo Ca
stren Bransceñ Monstrata Viginti Marcis pollon taxatis vel prout Judicium
decernet intulisti et inflixisti per quod securitatem domesticam violasti
exindeque poenis eo nomine sancitis succubuisti ad quas super te et bonis
tuis omnibus decernend una cum solutione praefator vulnerum Citans Juri
itaque sis Terminum attentaturus et responsurus Datum in Curia Regia Bransceñ
feria secunda Ante Festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxa Anno
Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Cuius quidem Citationis
praesentes Copiam sigillatam Ministerialis Regni Gnlis Providus Joannes Sielkacz
ab una integra septimana in bonis Skrzypki Citati propriys posuisse re
cognovit Memoratus Actor supra nominatum Citatum ad officium praesens Castren
Capitan Bransceñ per Ministerialem Regni Gnlm Nlem Benedictum Trostenski
iuridice clamatum et non Comparen in lucro suo pro toto eoc regestri ordine ac
admissione officij praesentis Judicialiter Condemnavit. Et officium praesens Castren
Capitle Bransceñ visa et Considerata citati clamatae et non Comparen Contuma
et temeritate iuri Communi et partis Actoreae affectand ac Conten Citation inhe
rendo super praedicto Citato et bonis eius omnibus solutionem taxae vulnerum
decernit sub poenis Bannitionis Decreti praesentis vigore.

Chodor Lucrum

Super Citationem Literalem Castren Bransceñ tenoris talis Franciscus Joannes in
Kloczow Lessnowolski Bransceñ etc Capitan Tibi Nli Martino filio Stanislai
Ciemoch de persona bonisque tuis omnibus vigore Regio et iure Capitanalis authoritatis
mandamus ut in Judicijs vigore Constitutionis Anni Millesimi Sexcentesimi Vigesimi
Primi in Comitys Varsavien sub tempus motion Gnlis bellicae sancitae feria
secunda post datam praesentis Citationis in Curia Regia Bransceñ celebrand
personaliter et peremptorie Compareas Ad Instantiam Instigatoris Judicij Nri et ipsius
delatoris Nlis Adami et Joannis Chodor qui se inherendo praefatae Constitutioni
Anni Millesimi Sexcentesimi Vigesimi Primi sub tempus motion generalis bellicae.